



<https://www.biodiversitylibrary.org/>

**Botanische Jahrbücher für Systematik,
Pflanzengeschichte und Pflanzengeographie**
Stuttgart [etc.], Schweizerbart [etc.],
<https://www.biodiversitylibrary.org/bibliography/60>

Bd.9 (1888): <https://www.biodiversitylibrary.org/item/668>

Page(s): Page 86, Page 88

Holding Institution: Missouri Botanical Garden, Peter H. Raven Library
Sponsored by: Missouri Botanical Garden

Generated 3 April 2024 12:54 AM
<https://www.biodiversitylibrary.org/pdf4/1687231i00000668.pdf>

This page intentionally left blank.

Spicilegium canariense.

Auctore **H. Christ**

Basiliensi.

Vere anni 1884 insulas Fortunatas adire mihi contigit. Inde ab anno 1879 usque ad 1882 beatus W. HILLEBRAND, insularum Sandvicensium indefessus explorator, cujus in honorem *Hillebrandia* illa, Begoniacea quam maxime singularis nomen cepit, cui etiam de Flora Sandvicensi librum nunc prelo traditum citoque ad lucem proditurum debemus, praematura morte anno 1886 amicis scientiaeque arreptus, easdem insulas perlustravit copiamque plantarum egregiam retulit. Hanc filius ejus benevole mihi tradidit. Deinde cl. E. ASKENASY anno 1882 quum Teneriffae montem ignivomum descendit, tum paucis diebus investigandam Canariam, HILLEBRANDIO socio, adiit mecumque messem suam benigne communicavit. Etiam cl. C. BOLLE, post WEBBII obitum botanicorum Atlanticorum Nestor atque princeps, plantas rarissimas quia a se solo hucusque repertas, clementissime mihi suppeditavit. Tamen nunc species novas, varietates singulares, loca natalia nova, nec non conspectus analyticos generum aliquot adhuc non satis dilucide digestorum describere conaturo lectoris indulgentiam petere mihi cordi est, procul a bibliothecis herbariisque principalibus in errores ne interdum illabar vehementer timenti.

Cl. T. CARUEL mihi e reliquis Webbianis in Museo Florentino asservatis Synopsin florum Canariensis inchoatam commendavit, manu WEBBII propria scriptam, a Ranunculaceis ad Callitrichineas usque progredientem, Fumariaceas vero a cl. KRALIK, generaque aliquot Labiatarum a cl. DE NOÉ descripta continentem. Huic operi propter obitum auctoris imperfecto desumpsi, quae nondum in ejusdem Phytographia canariensi conscripta sunt, signis »« expressi opusculoque meo intercalavi, ita ut prima facie WEBBII verba praestantissima a meis discernantur.

Tempus, quo WEBBIUS has synopseos primitias elaboravit, inter phytographiae terminum (1847 id. Octob.) BOURGAEI quae iter secundum (1855) erit ponendum, quia plantarum hoc in itinere collectarum nulla fit mentio.

Emerget in plantarum canariensium acutiore studio manifesta variatio multiplex specierum talium quae pro singularibus hucusque habebantur,

Cruciferae.**Matthiola L.****M. livida Del.**var. *morocera* nov. var.

(μωρος = obtusus, κερας = cornu).

Habitu et magnitudine *M. parviflorae* R. Br., paulum elatior, glanduloso-pubescentis vix canescens, a basi divaricato-ramosa, foliis lanceolato-linearibus, plerumque integris seu leviter sinuatis, inflorescentia multiflora (10—15) basi aphylla floribus a basi calycis ad petalorum apicem 1½ cm longis, petalis calycem longe superantibus, laminis oblongo-lanceolatis roseo-luridis, siliqua valde elongata tenuissima vix torulosa, apice infra stigma elevatum bicuspidata, cornubus lateralibus patentibus conniventibus obtusis vix 1½ mm longis.

Typus ab Arabia ad Mauretanium protensus pube magis cinerea, et cornubus siliquae acutis longioribus reflexopatentibus differt, sed etiam inter specimina typica occurrunt nonnulla cornubus obtusis, nostrae plantae canariensi simillima, ita specimen a Judaeo Mardochoeo in Mauret. austro-occid. in montibus Siggrat et Ghiliz lectum et ex herb. cl. Cosson 1876. b^o. Boissier communicatum, nec non specimen a cl. Letourneux in Aegypto prope Alexandriam lectum.

Hab. montaña de Galdar Gr. Canariae 26. Ap. 1882. l. Hillebr. et Asken.

» *M. incana* R. Br.«

» Hab. In rupibus praeruptis Canariae supra speluncas cuevas de los «
» frayles dictas (Bourg.).«

b. Masferrer recuér. bot. de Tenerife in Act. soc. nat. Madrid 1880
344 eandem sed sub signo interrogationis indicat inter Icod de los
Vinos et Garachico Teneriffae.

M. tristis R. Br.

Hab. In uno specimine nano sed florido a cl. Askenasy in Gr. Canaria (Isleta?) lecta.

» In Canaria (Despr.) in Fuerteventura ad lit. maris prope Puerto de «
» Cabras (Bourg.; Bolle).«

» *M. Bolleana* Webb, synops. ined.«

» caule subvillosa, foliis oblongis obtusis integerrimis vel lyrato-dentatis «
» pubescentibus, petalorum limbo amplo emarginato, ovarii brevis tomen- «
» tosi stigmatum dorso planiusculo, siliquae nondum rite maturae tenues «
» vermiculato-contortae brevissime cornuto, valvis conspicue nervoso- «
» marginatis, seminibus rotundato-ovatis exalatis. «

» Flores conspicui odorati, rosei. Differt a *M. lunata*, cui facie et florum magni- «
» tudine accedit, petalorum forma, stigmate in ovario haud incrassato, in siliqua bre- «
» viter cornuto, seminibus rotundatis ala omnino destitutis, a *M. acauli* foliorum «
» forma et pubescentia, floribus majoribus et stigmatum cornu brevioribus. «

» Hab. Punta de Handia Fuerteventurae (Bolle).«

Cheiranthus L.Sectio *Dichroanthus* Webb.

The following text is generated from uncorrected OCR or manual transcriptions.

[Begin Page: Page 86]

Spicilegium canariense.

Auctore H. Christ

Basiliensi.

Vere anni 1884 insulas Fortunatas adire mihi contigit. Inde ab anno 1879 usque ad 1882 beatus W. HILLEBRAND, insularum Sandvicensium indefessus explorator, cujus in honorem Hillebrandia illa, Begoniacea quam maxime singularis nomen cepit, cui etiam de Flora Sandvicensi librum nune prelo traditum citoque ad lucem proditum debemus, praematura morte anno 1886 amicis scientiaeque arreptus, easdem insulas perlustravit copiamque plantarum egregiam retulit. Hanc filius ejus benevole mihi tradidit.

Deinde cl. E. Asknasy anno 1882 quum Teneriffae montem ignivomum conscendit, tum paucis diebus investigandam Canariam, HIRLEBRANDIO socio, adiit mecumque messem suam benigne communicavit. Etiam el. C. BOLLE, post Wessun obitum botanicorum Atlanticorum Nestor atque princeps, plantas rarissimas quia a se solo hucusque repertas, clementissime mihi suppeditavit. Tamen nunc species novas, varietates singulares, loca natalia nova, nec non conspectus analyticos generum aliquot adhuc non satis dilucide digestorum describere conaturo lectoris indulgentiam petere mihi cordi est, procul a bibliothecis herbariisque principalibus in errores ne interdum illabar vehementer timent.

Cl. T. Carve. mihi e reliquis Webbianis in Museo Florentino asservatis Synopsis florum Canariensis inchoatam commendavit, manu Wessi propria scriptam, a Ranunculaceis ad Callitrichineas usque progredientem, Fumariaceas vero a cl. Knarik, generaque aliquot Labiatarum a cl. pe Nok descripta continentem. Huic operi propter obitum auctoris imperfecto desumpsi, quae nondum in ejusdem Phytographia canariensi descripta sunt, signis » « expressi opusculoque meo intercalavi, ita ut prima facie Wrsni verba praestantissima a meis discernantur.

Tempus, quo Wznnivs has synopseos primitias elaboravit, inter phytographiae terminum (1847 id. Octob.) Bovnaari que iter seeundum (1855) erit ponendum, quia plantarum hoe in itinere collectarum nulla fit mentio. Emerget in plantarum canariensium acutiore studio manifesta variatio multiplex specierum talium quae pro singularibus hucusque habebantur,

[Begin Page: Page 88]

88 H. Christ.

Cruciferae.

Matthiola L.

M. livida Del.

var. mMorocera nov. var.

(umpoc=obtusus, xepaç = cornu).

Habitu et magnitudine M. parviflorae R. Br., paulum elatior, glanduloso-pubescens vix canescens, a basi divaricato-ramosa, foliis lanceolato-linearibus, plerumque integris seu leviter sinuatis, inflorescentia multiflora (10—15) basi aphylla floribus a basi calycis ad petalorum apicem A1 cm longis, petalis calycem longe superantibus, laminis oblongo lanceolatis roseo-luridis, siliqua valde elongata tenuissima vix torulosa, apice infra stigma elevatum bicuspidata, cornubus lateralibus patentibus conni-

ventibus obtusis vix 1!/; mm longis.

Typus ab Arabia ad Mauretanium pube magis cinerea, et cornubus siliquae acutis longioribus reflexopatentibus differt, sed etiam inter specimina typica occurrunt nonnulla cornubus obtusis, nostrae plantae canariensi simillima, ita specimen a Judaeo Mardochoeo in Mauret. austro-occid. in montibus Siggrat et Ghiliz lectum et ex herb. cl. Cosson 1876. b0, Boissier communicatum, nec non specimen a cl. Letourneux in Aegypto prope Alexandriam lectum.

Hab. montaña de Galdar Gr. Canariae 26. Ap. 4889. |. Hillebr. et Asken.

»M. incana R. Br.«

»Hab. In rupibus praeruptis Canariae supra speluncas cuevas de los «

»frayles dictas (Bourg.).«

b. Masferrer recuerd. bot. de Tenerife in Act. soc. nat. Madrid 1880

341 eandem sed sub signo interrogationis indicat inter Icod de los Vinos et Garachico Teneriffae.

M. tristis R. Br.

Hab. In uno specimine nano sed florido a cl. Askenasy in Gr. Canaria (Isleta?) lecta.

»In Canaria (Despr.) in Fuerteventura ad lit. maris prope Puerto de «

»Gabras (Bourg.; Bolle).«

»M. Bolleana Webb, synops. ined.«

»caule subvillosa, foliis oblongis obtusis integerrimis vel lyrato - dentatis «

»pubescentibus , petalorum limbo amplo emarginato, ovarii brevis tomen- «

»tosi stigmatum dorso planiusculo, siliquae nondum rite maturae tenues «

»vermiculato-contortae brevissime cornuto, valvis conspicue nervoso-«

»marginatis, seminibus rotundato - ovatis exalatis.«

» Flores conspicui odorati, rosei. Differt a M. luna ta , cui facie et florum magni-«

»tudine accedit, petalorum forma, stigmatum in ovario haud incrassato , in siliqua bre-«

»viter cornuto, seminibus rotundatis ala omnino destitulis, a M. acauli foliorum «

» forma et pubescentia , floribus majoribus et stigmatum cornu breviora.«

»Hab. Punta de Handia Fuerteventurae (Bolle).«

Cheiranthus L.

Sectio Dichroanthus Webb.